



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 37. Sessio IV. Concilii Lateranensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

ratis tamen Papæ precibus devicti cede-
bant; igitur Episcopus in publico confes- Sæcul. XVI.
A.C. 1512.
su Præsidis vices agebat, non sine gravi
aliorum contentionе. Mediolanenses cum
proprius ipsis Dux redderetur, tanta per-
fundebantur lætitia, ut gaudii sui immen-
sitatem testificaturi, profusis extra mo-
dum sumptibus festivos dies agerent.
Summa cernebatur magnificientia, qua
Dux novus urbem ingressus, die vigesi-
ma nona Decembris ab Episcopo Gurcensi
Mediolanensis Ducatus possessioni immit-
tebatur. Ejus investituræ legibus inser-
tum erat, quod Bergamum quoque ac
Brixia Ducatus sui limitibus compre-
henderentur, nec id sine gravi Veneto-
rum indignatione, ipse quoque Cardonna
Neapolitani Regni Prorex sibi Cardinalem
Sedunensem præponi, & Mediolani cla-
ves ac dignitatis Ducalis insignia novo
Principi deferendi honorem præripi, æger-
rime tulit, hinc ne hisce solemnis præsens
adesse cogeretur, indignabundus urbe
excessit.

§. XXXVII.

Session IV. Concilii Lateranensis.

Habita est die decima quarta ejusdem *Labb. Conc.*
mensis Decembris quarta Lateranen- *coll. tom. 14.*
sis Concilii Session, cui præsidebat ipse *p. 91.*
summus Pontifex, & sacris operaba-
tur

Sæcul. XVI tur Cardinalis de Flisco : Christophorus
A.C. 1512. vero Marcellus Nobilis Venetus , & Se-
dis Apostolicæ Notarius ad Patres sermo-
nem habuit. Post hæc precibus de more
persolutis Cardinalis quidam Evangelium
prælegit ex capite decimo tertio S. Mat-
thæi desumptum , quod ab hisce verbis
incipit: *Exiit, qui seminat seminare semen*
suum. Post hæc Francisci Foscari Vene-
torum Oratoris Secretarius nomine Re-
publicæ quoddam mandatum Synodo ob-
tulit, quo idem Foscarius ab eadem Re-
publica Precurator constituebatur, conces-
sa ejus nomine in Concilio agendi facul-
tate, idemque Secretarius Foscari absen-
tiam ab hac Sessione excusabat , adver-
sam illius valetudinem caussatus. Hoc
mandatum die decima Aprilis signatum
a Thoma Phædra Concilii Secretario pub-
lice recitatum est , quo finito Papa Re-
gias Ludovici XI. Galliarum Regis literas
de abrogata Sanctione Pragmatica ad Pi-
um II. Papam die vigesima septima No-
vembris anno millesimo quadringentesi-
mo sexagesimo primo datas prælegi jussit.
His perfectis mox Concilii Advocatus ora-
tione adversus hanc Pragmaticam habita
illam penitus revocari , ac monitorium ,
ut vocant , contra Prælatos, Capitula,
Principes, Parlamenta , aliquosque Fran-
cici Regni Viros dicerri petiit, quo Sy-
nodum accedere , ac rationes , siquas ha-
berent,

berent, ob quas dictam Sanctionem non Sæcul. XVI.
abrogarent, allegare juberentur. Posthæc A.C. 1512.
Pontificis iussu perfecto hoc monitorio,
omnes, qui Synodo assistendi jure desti- Labb. Collec.
tuti erant, a loco Concilii excludeban- Conc. p. 98.
tur; demum vero sancitum, ut omnes & 100.
cujuscunque conditionis essent, qui Prag-
maticæ faverent, infra sexaginta dies ci-
tati comparerent, atque ad calcem hu-
jus Constitutionis Papa Sessionem quin-
tam ad decimam sextam Februarii indixit.

§. XXXVIII..

*Ferdinandi Hispaniæ Regis molimina
adversus Navarræ Regnum.*

Hoc anno in Hispania Arragonum Rex Marian. lib.
Navarræ Regnum suo subjecit Impe- 30. n. 48. 49.
rio: Jam enim quadringenti effluxerant an-
ni, in quibus Castellæ, & Arragoniæ Re-
ges suæ Monarchiæ limites ad hoc quo-
que Regnum pretendere conabantur: Il-
lud ergo Ferdinandus Rex Catholicus
Prædecessoribus suis cupiditate haud in-
ferior, Germanæ Reginæ conjugis suæ
nomine armis subigere aggreditur; hæc
enim Gastonis de Fuxo Nemorsii Ducis
Fratris sui nuper defuncti hæres erat, in
jurium ejus Successionem vocata. Præ-
primis Ferdinandus Henricum VIII. An-
gliæ Regem, ut Gallis bellum nunciaret,
mira dexteritate inducit, exponens, ad
recu-